



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, á la Dirección del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO, Castillejos, 1.

OBISPADO DE SALAMANCA

CIRCULAR

En virtud de las facultades que nuestro Santísimo Padre el Papa Pío X se dignara conferirnos para dar la bendición Apostólica en la Pascua de Resurrección, hemos acordado bendecir solemnemente á nuestro amado pueblo el domingo, 11 de los corrientes, con lo que podrán lucrar indulgencia plenaria y remisión de todos los pecados los fieles de uno y otro sexo que, verdaderamente arrepentidos, y habiendo confesado y recibido la sagrada comunión, se hallaren presentes á dicho acto de la Bendición Papal que, con el auxilio de Dios, daremos en el expresado día en nuestra Santa Basílica, terminada que sea la solemne misa de Pontifical.

Salamanca, 1.º de Abril de 1909.

✠ EL OBISPO DE SALAMANCA.

SECRETARÍA DE CAMARA

CIRCULAR

Recordamos á los señores Párrocos y encargados de parroquias el mandato de nuestro Santísimo Padre León XIII, en sus letras Apostólicas de 27 de Diciembre de 1887, referente á la *Colecta* que han de practicar en sus respectivas iglesias, el Jueves y Viernes Santo, en el acto de adorar la Cruz, con destino á los Santos Lugares de Jerusalén.

Como en años anteriores, remitirán las limosnas colectadas á esta Secretaría de Cámara, que, á su vez, se encargará de enviarlas oportunamente á su destino.

Salamanca, 31 de Marzo de 1909.

DR. MANUEL GARCÍA BOÍZA,

Secretario

II

En virtud de las facultades concedidas á nuestro Rmo. Prelado por Rescripto de la Sagrada Congregación del Concilio de 8 de Marzo de 1909, S. E. I. ha tenido á bien nombrar Jueces y Examinadores prosinodales, previo el consejo y consentimiento del Ilustrísimo Cabildo Catedral, á los señores cuyos nombres á continuación se expresan:

JUECES

M. I. Sr. Dr. D. Toribio Martín de Beláustegui, Deán.
" " " Lic. " Valentín Domínguez de Tomé, Arcipreste.
" " " " Federico Liñán, Maestrescuela.
" " " Dr. " Ceferino Andrés Calvo, Canónigo Doctoral.

EXAMINADORES

M. I. Sr. Dr. D.	Nicolás Pereira, Canónigo Magistral.
" " " " "	Eloíno Nácar, Canónigo Lectoral.
" " " " "	Juan Cajal, Canónigo Penitenciario.
" " " " "	José Cuesta, Profesor del Colegio de Calatrava.
" " " " "	Manuel García Boiza, id.
" " " Lic. "	Gaspar Jiménez, Párroco de la Purísima.

Salamanca, 31 de Marzo de 1909.

DR. MANUEL GARCÍA BOIZA,

Secretario.

LISTA de los ancianos pobres agraciados con la limosna del ropon para la ceremonia del Lavatorio en el día del Jueves Santo

Juan Griñón Cívicos, 81 años, de la parroquia de Cantalpino.

Roque González y González, 81 años, de la parroquia de Castellanos de Moriscos.

Tomás Muñoz, 80 años, de la parroquia de Machacón.

Agustín Rodríguez Durán, 78 años, de la parroquia de Calzada de Vaidunciel.

Francisco Martín Marcos, 78 años, de la parroquia de El Pedroso.

Emilio Gómez, 77 años, de la parroquia de Sancti-Spíritus (Salamanca).

Doroteo Cornejo Pérez, 76 años, de la parroquia de la Catedral (id.)

José Sánchez Prieto, 76 años, de la parroquia de la Catedral (id.)

Manuel Reyes Pérez, 74 años, de la parroquia de Alba de Tormes.

Crisógono Gala Ballesteros, 64 años, de la parroquia del Arrabal.

Dos ancianos de las Hermanitas de los Pobres.

Nota. Los respectivos Sres. Curas párrocos ten-

drán la bondad de comunicarlo á los interesados, advirtiéndoles que deben presentarse el Miércoles Santo, á las once de la mañana, en el Palacio Episcopal á recibir instrucciones.

S. Congregatio S. Officii

Die 14 Januarii 1909.

SSmus. Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. X, in audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, benigne indulisit, ut fideles utriusque sexus, qui perfectionis studio vel institutionis seu educationis, aut etiam valetudinis causa in domibus ecclesiae vel publico sacello carentibus, de consensu vero Ordinariorum constitutis, vitam communem agunt, nec non personae omnes ad illis ministrandum ibidem commorantes, quoties ad lucrandas indulgentias praescribatur visitatio alicuius ecclesiae in genere, id est non determinatae, vel indeterminati alicuius publici oratorii, visitare valeant propriae domus sacellum, in quo obligationi audiendi Sacrum iure satisfacere possunt, dummodo cetera opera iniuncta rite praestiterint. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✠ S.

ALOISIUS CAN. GIAMBENE, *Substitutus pro Indulgentiis*

S. Congregatio de Sacramentis

VENETIARUM ET ALIARUM

Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum sequens dubium propositum fuit: an iuxta tenorem formularum sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, in concessione dispensationum ab impedimentis matrimonialibus ex causis inhonestis intelligi debeat tacite concessa Ordinario etiam facultas declarandi legitimam prolem susceptam ante

executionem dispensationis et celebrationem matrimonii.

Eadem S. Congregatio, re mature perpensa, respondere censuit: Negative, sed requiri ut prolis legitimitate ab oratoribus petatur eaque in rescripto concedatur.

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congr., die 29 Ianuarii 1909.

L. ✠ S.

D. CAR. FERRATA, *Praefectus*

PH. GIUSTINI, *Secretarius*.

S. Congregatio de religiosis

Decretum de quaestuatione Religiosorum

De eleemosynis colligendis gravis questio, quae iam anteaetis saeculis non semel agitata fuit, hodie praesertim, ob peculiaria rerum ac temporum adiuncta, in praxi maiores ac frequentiores praesefert difficultates. Quibus ut occurreret S. Congregatio Episcoporum et Regularium, omnibus mature perpensis, die 27 Martii 1896 promulgavit decretum *Singulari quidem*, quo colligendarum eleemosynarum ministerium opportunis pro hodierna humanae societatis conditione communiebatur cautelis. Attamen mulierum dumtaxat respiciebat Sodalitates. Quo autem et virorum Institutis religiosis melius provideretur, eidem sacrae Congregationi, in plenario consessu die 8 Maii anni 1908 habito, visum est pro his quoque nonnullas apponere quaestuationum normas; quas, ex Secretaria supradictae Congregationis Episcoporum et Regularium acceptas, sacra Congregatio Negotiis Religiosorum sodalium praeposita, de mandato SSmi. Dni. Nostri Pii divina providentia PP. X, publiciuris facit.

1. — Quoad ordines mendicantes

1.º Regulares, qui mendicantes vocantur et sunt, ex institutione Sedis Apostolicae cum sola licentia



Superiorum suorum eleemosynas quaerere valeant in diocesi, ubi erectus est conventus. Ordinariorum licentia necessario censenda est data in ipso actu quo conventus foundationi consensum praebuerunt.

2.º Si vero iidem Regulares extra dioecesim, ubi conventus habent, stipem quaeritare velint, Ordinarii illius dioeceseos licentia, per suos Superiores in scriptis obtenta, indigent.

3.º Ordinarii praecipue limitrophes, hanc licentiam absque gravioribus urgentioribusque causis ne denegent, si aliquis conventus ex quaestuatione in sola diocesi, ubi erectus est, vivere nullimode possit, ut in parvis dioecesibus contingere solet.

4.º Quae licentia intelligitur habitualis, usque nempe ad expressam revocationem; quae quidem revocatio, ut par est, nonnisi legitimis de causis, iisque tantum perdurantibus, facienda est.

5.º Ut Mendicantes prefato iure gaudeant, per seipsum, non autem per personas Ordini extraneas, eleemosynas colligere debent.

6.º Regulares quaestuantibus semper secum habere debent litteras authenticas, quibus constet de debita facultate deque officio quaestuationis sibi commisso. Quas litteras parochis ultro exhibere tenentur; necnon Ordinariis, quoties ab ipsis requirantur.

7.º Non licet Superioribus regularibus ad hoc opus mittere nisi religiosos aetate et animo maturos; numquam eos qui studiis adhuc incumbunt.

8.º Religiosi eleemosynas collecturi ne pergant soli sed bini, praesertim extra urbem seu locum ubi habent conventum, seclusa gravis necessitatis causa; quo in casu quaestuarium publice notus sit oportet atque aetate, virtute ac fidelium existimatione omnino commendatus.

9.º Porro extra locum conventuum quaestuantibus, apud parochos vel apud alios clericos saeculares vel regulares, aut, iis deficientibus, apud aliquem pium benefactorem, christiana honestate et virtute conspiciunt, divertant.

10.º Extra propriam domum ne maneant ultra mensem, si in propria diocesi; non ultra duos, si in alia eleemosynas quaerant; neque iidem denuo mittantur,

nisi postquam per unum, vel respective per duos menses, vitam communem iuxta regulam et constitutiones in conventu exegerint, prout uno vel duobus mensibus extra claustra degere debuerunt.

11. Qui in ipso loco, ubi situs est conventus, stipem corrogant, noctu extra propriam domum nequaquam manebunt.

12. Religiosi quaestuantem semper illa, qua decet, humilitate, modestia, munditie eniteant; saecularium, praesertim mulierum cuiuscumque sint conditionis, familiaritatem caveant; loca suae professioni minime congrua omnino devitent; pietatem sincere foveant atque spiritualia exercitia in religione ipsorum solita pro viribus fideliter adimpleant.

13. Superiores regulares, graviter onerata eorum conscientia, ne omittant quaestuariis suis normas agendi, quas prudentia suadet, opportunas praescribere.

14. Si vero, quod absit, Regulares quaestuantem notorie deliquerint, fidelibus scandalum praebuerint, vel etiam contra legitimam prohibitionem eleemosynas colligere ausi fuerint, Ordinarius loci iubeat eos in propriam domum redire atque etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegatus Superiores moneat, ut illos corrigant et pro gravitate scandali puniant; quod si secus fecerint, quam primum ad Sanctam Sedem recurrat.

II.—Quoad ordines vel instituta religiosa non mendicantium

1.º Religiosi sive Ordinum sive congregationum *iuris pontificii*, qui privilegium quaeritandi eleemosynas neque vi propriarum constitutionum a S. Sede approbatarum, neque vi Apostolicae concessionis gaudent, veniam Apostolicae Sedis impetrare debent, ut quaestuationes instituere valeant; praeterea licentiam per suos Superiores ab Ordinario loci obtinere tenentur, nisi forte S. Sedes in hoc expresse et specialiter iuri Episcopi derogaverit, quod numquam praesumi potest, sed indubitatis documentis probari debet.

2.º Religiosi vero qui sunt *iuris dioecesani*, opus colligendi eleemosynas nequaquam aggredi poterunt,

nisi licentiam obtinuerint tum ab Ordinario loci in quo resident, tum etiam, si extra diocesim propriae residentiae abituri sint, ab Ordinario loci in quo stitem quaeere desiderant.

3.^o Ordinarii autem locorum, si opportunum visum fuerit, pro unaquaque domo cuiusque religiosi suae dioeceseos Instituti, sive iuris pontificii sive iuris dioeceseani, emendicato viventis, limites questuationis constituere possunt et respective servandos curare, praesertim ubi sunt conventus Regularium nomine et re mendicantium; nec huiusmodi Religiosis non mendicantibus quaeritandi licentiam concedant, nisi sibi constet de vera domus vel pii operis necessitate, cui alio modo occurri nequeat; et si necessitatibus provideri potest per quaestionem in loco vel districtu, in quo Religiosi resident, aut intra diocesim, instituendam, ampliorem licentiam nequaquam concedant.

4.^o Ordinarius porro illius dioeceseos, ad quam isti Religiosi aliarum dioeceseon eleemosynas quaesituri accedant, collectas eis minime permittat, nisi prius per se vel per suos ad hoc delegatos, praeter litteras obedientiales proprii Superioris, facultatem, vel Apostolicae Sedis si sunt iuris pontificii, vel proprii Ordinarii si sunt iuris dioeceseani, recognoverit et huius decreti praescriptis conformem invenerit.

5.^o Insuper Ordinarius sedulo advertat, utrum qui promissionibus exteris subsidia quaerunt, praeter litteras commendatitias Vicari vel Praefecti Apostolici respectivae missionis et litteras obedientiales Moderatoris generalis proprii Instituti, habeant quoque facultatem a S. Congregatione de Propaganda Fide in forma authentica recenter datam.

6.^o Licentiam colligendi eleemosynas Ordinarii concedant gratis et in scriptis, notatis semper (sive ad calcem litterarum obedientialium sive in documento separato) tum nominibus Religiosorum, qui ad colligendas eleemosynas designati sunt, tum nomine Ordinis vel Instituti ad quod pertinent, tum loco et tempore pro quibus licentia valitura sit.

7.^o Licentias loco et tempore generales Religiosis huiusmodi nequaquam concedant Ordinarii, sed po-

tius invigilabunt, ne sive quaestuant, sive praetextu quaestuationis, extra propriam domum maneant ultra mensem, si in propria dioecesi; aut ultra duos menses, si in aliena eleemosynas quaerant; neve iidem denuo mittantur, nisi postquam per unum, respective duos menses, in suo conventu degerint, prout uno vel duobus mensibus foris manserant.

8.º Ut Religiosi Ordinariorum facultate colligendi eleemosynas uti valeant, id per se, non per alios, facere debent.

9.º Ad haec et ipsi fideliter observent, quae supra pro Religiosis Ordinibus mendicantium sancita sunt, parte I, art. 6, 7, 8, 9, 11, 12, 13.

10. In casu tandem, quo hi Religiosi quaestuant contra legitimam prohibitionem eleemosynas collegerint, vel, quod Deus avertat, male se gesserint scandalose fidelibus fuerint. Ordinarius loci, etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegatus, eos pro gravitate delicti et scandali opportunis remediis coerceat et in propriam domum á suis Superioribus puniendos remittat.

Datum Romae, ex Secretaria supradictae sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum sodalium praepositae, in festo Praesentationis B. M. V., die 21 Novembris 1908.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus*

L. ✠ S.

D. LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B., *Secretarius.*

Ex S. C. Episcoporum et Regularium

SCHOLARUM PIARUM

ADMISIONES AD PRIMAM COMMUNIONEM

An parochus habeat ius exclusivum admittendi pueros ad primam
Communem

FACTI SERIES. — Praepositus generalis Scholarum Piarum a S. Sede declarari postulavit nihil obesse

quominus proprii Religiosi possint in propriis ecclesiis vel sacellis solemniter pueros vel discipulos tam internos quam externos ad primam Communionem admittere. Nam, etiamsi a primordiis institutionis Ordinis ea fuisset constans praxis admittendi in propriis ecclesiis alumnos ad primam Communionem cum plausu proprii dioecesani et etiam parochi, nihilominus haud semel invenitur aliquis parochus vel etiam Episcopus, qui contradicat et adhuc prohibeat hanc solemnitatem. In Hispaniis insuper habetur Rituale proprium a S. C. Rituum approbatum ad ritum primae Communionis complendum ea solemnitate, aedificatione et spirituali fructu quod iam traditionale habetur.—Haec quaestio proposita fuit dirimenda cum Consultoris voto.

DUBIUM.—*An et quomodo Clerici regulares Scholarum Piarum ius habeant admittendi ad primam Communionem alumnos tan internos quam externos suarum scholarum, in casu.*

RESOLUTIO.—Emi. Patres S. C. Episcoporum et Regularium in plenariis comitiis diei 14 Martii 1908 responderunt: *Affirmative.*

Nemo profecto in dubium vocare potest ius parochorum quoad primam Communionem suorum parochianorum; agitur enim de iure quod nititur gravi obligatione qua tenentur parochi curandi vitam aeternam fidelium ipsorum curae commissorum non solum divini verbi praedicatione sed praeterea sacramentorum etiam administratione. Hinc Pius X litteris ad Emum. Urbis Vicarium datis die 12 Ian. 1908. (Cfr. *Acta S. Sedis*, vol. 37, pag. 425) in memoriam revocat hanc parochorum obligationem atque Urbis parochis praescribit "che in tutti gli anni ed in ogni parrocchia sia fissato... il tempo per la istruzione ed insieme il giorno solemne per la prima Communionem, facendo precedere questo di da un esame, in cui i giovanetti diano prova di essene convenientemente istruiti, e dalla preparazione di tre giorni sempre in parrocchia...". At exinde sequi nequit ius exclusivum parochorum admittendi pueros ad primam Communionem, nulla

enim lex generalis Ecclesiae hoc ius illis contulit. Antiqui scriptores, quando loquuntur de iuribus parochorum, inter haec nullimode recensent ius administrandi primam Communionem Cfr. Reiffenstuel (*Ius canonicum, lib. 3, tit. 29*). Non nisi circa medietatem saeculi elapsi loqui incoeptum est de hoc exclusivo iure parochorum uti habetur apud Bouix (*De iure Regul., tom. 2, quaest. 12, pag. 210*). Nunc vero non desunt doctores docentes hoc esse ius privativum parochorum, e. gr. Berardi (*Preol. part. seu de paracho n. 758*), et magis absolute Sebastianelli (*Prael. iuris can., de personis, n. 277*); sed generatim doctores qui post medietatem saeculi elapsi scripserunt vel nullimode loquuntur de hoc iure exclusivo parochorum vel hoc ius admittunt multis limitibus circumscriptum. Sunt etiam doctores qui tradunt hoc ius exclusivum parochorum esse de iure particulari seu consuetudine vel statutis synodalibus in aliqua regione inductum: ita Brabandère (*Compendium iuris can., tom. 2, n. 471*). Bargillat (*Prael. iuris can., n. 922*), Wernz (*Ius Decret., tom. 2, n. 830*) Card. Gasparri (*De SS. Eucharistia, n. 1.073*), Piat (*Prael iuris Regul., tom. 2, part. 5, cap. 2, quaest. 8*) et Bouix (*loc. cit.*) Caeterum Catechismus Romanus tradit: "Qua vero aetate pueris sacra mysteria danda sint, nemo melius constituere potest quam pater et sacerdos cui illi confitentur peccata", ubi nec mentio fit de paracho. Congruenter S. C. Concilii die 15 Martii 1851 reformavit quemdam articulum Concilii provincialis Rothomagensis hoc modo: "Nemo ad sacramentum Eucharistiae prima vice suscipiendum admititur, qui nondum huius sacramenti cognitionem et gustum habeat, indicio praesertim parochi ac sacerdotis, cui peccata puer confitetur". Idem habetur ex Concilio Latino Americano, quod n. 258 statuit: "Qua vero aetate pueris Sacra danda sint, nemo melius constituere potest quam pater et sacerdos cui confitetur peccata, ad illum enim pertinet explorare et a pueris percunctari an huius admirabilis sacramenti cognitionem aliquam acceperint". Cfr. Benedictus XIV (*de Sin. dioec., lib. 7, cap. II, n. 2*), et supra citatae litterae Pii X ad Emum. Urbis. Vicarium. Hinc infer-

tur nedum non esse ius exclusivum parochorum admittendi pueros ad primam Communionem, verum etiam haud esse exclusivum parochorum ferre iudicium de idoneitate pueri ad suscipiendam primam Communionem. Nihilominus in praxi standum est locali consuetudini a legitima auctoritate approbatae, salvis tamen exemptionibus ac privilegiis quae S. Sedes concessit Ordinibus religiosis aliisque collegiis ad iuventutis institutionem destinatis, uti in casu de quo agitur.

In hac Provincia eccl. Vallisoletana habetur lex Concilii Provincialis ultimo celebrati, ubi legitur: "nullus sacerdos pueros sacrae mensae initiet absque parochi consensu, qui tamen facilis sit ad assentiendum si rationalis causa adsit et pro iis praesertim qui in religiosis collegiis educantur, unde satis compertum est, eos recte in fide ac pietate instructos esse," P. 3.^a, Tit. IV, § II, n. V.

A R A N C E L

de los derechos de las Curias de la provincia eclesiástica de Valladolid
aprobado por la Sagrada Congregación del Concilio

	Pesetas	Cts*
Simples providencias, relaciones, decretos y transcripción en general.....	3	"
Una comunicación traslado de diligencia.....	2	"
Una copia simple.....	0	50
Expediente de información ó requisitoria para Tonsura y Ordenes menores.....	3	"
Expediente para título de Ordenación....	{	Títulos de patrimonio..... 4 "
	{	Título de <i>servitii Ecclesiae</i> . 15 "
	{	En forma comisoría, cuando los interesados obtienen Rescripto Pontificio..... 15 "
Expediente <i>de vita et moribus</i> y despacho de publicatas para Subdiaconado.....	8	50

Despacho de publicatas para Diaconado y Presbiterado.....	4	"
Dimisorias para ordenados.....	7	50
Idem para sacerdotes.....	2	50
Aceptación de publicatas de otro Obispado, su verificación, aprobación de las diligencias y devolución.....	5	50
Tonsura y expediente.....	5	"
Menores é id.....	6	"
Subdiácono é id.....	7	50
Diácono é id.....	7	50
Presbítero é id.....	10	"
Titulos de.... Ordenandos extradiocesanos.....	3	"
Rector del Seminario.....	7	50
Vicerrector.....	5	"
Catedrático.....	4	"
Colegial ..	5	"
Notario Eclesiástico.....	15	"
Receptor.....	5	"
Arcipreste.....	6	"
Vicario de Monjas ó Capellán.....	3	"
Colación y provisión de Capellanías	7	50
Adscripción á Parroquias.....	1	"
Sacristán Organista.....	5	"
Titulos de.... Sacristán de Convento.....	1	50
Ecónomo de parroquia de término.....	5	50
Idem, íd., de ascenso.....	5	50
Idem, íd., de entrada.....	5	50
Idem, íd., de Rural.....	5	50
Regente ó Vicario de Parroquia...	3	"
Coadjutor.....	3	"
Titulos de.... { Curato <i>Iure devolutionis</i>	5	"
{ Capellán.....	5	50
Expediente de Capellanías.....	10	"
Expediente de colación { De Dignidades.....	100	"
canónica y manda- { De Canónigos.....	100	"
mientos de posesión... { De Beneficiados.....	50	"
Decreto de admisión á Concurso y extracto de méritos.....	2	"
Certificación de aprobación en Concurso.....	5	"

	De curato de término.....	100	"
	Idem primer ascenso.....	80	"
Expediente de Colacion.....	Idem segundo id.....	80	"
	Idem de entrada.....	60	"
	Idem de Rural de primera.....	50	"
	Idem id. de segunda.....	40	"
	Ministeriales.....	1	50
	Renovación de las mismas.....	1	"
	Para exponer el Santísimo por todo el día.....	2	50
Licencias.....	Idem id. por mañana ó tarde....	1	50
	De <i>exeat</i> ó excardinación de clérigos <i>in sacris</i>	7	50
	De traslación de cadáveres.....	7	50
	De desposorios cuando están cerradas las velaciones.....	3	"
	Comendaticias ó transitoriales.....	3	"
	Testimoniales de méritos y servicios.....	7	50
	Certificaciones, atestados y testimonios que no excedan de un pliego....	2	50
	Certificaciones, atestados por cada hoja de aumento.....	1	"
	Cuentas de Fábrica; aprobación de las ^a de cada año.....	4	"
	Idem id. Santuario.....	2	"
	Expediente que preceda á la toma de hábito. } Idem id. profesión solemne..... }	2	50
	Oratorios privados; expediente de erección...	15	"
	Cofradías; aprobación de Estatutos.....	2	50
	Rescriptos Pontificios con privilegios ó gracias; su revisión ó ejecución.....	15	"
	Propiedad de enterramientos. Por cada sepultura fuera de la capital.....	3	"
	Idem id. en la capital.....	1	"
	Por cada uno en general que se ponga en documentos.....	3	50
	En título de patrimonio ó capellanía	1	"
	En dispensa de una amonestación	1	50
Sello mayor.....	En dispensa de dos id.....	3	"
	En dispensa de tres id, reservadas al Prelado.....	15	"
	En exhortos expedidos por el Tribunal Eclesiástico.....	1	"

Archivo. Por custodia y busca de documentos de año fijo.....	2	»
Expedientes (Primer decreto.....)	2	50 ⁿ
gubernativos (Siguietes.....)	1	»

MONTEPIO DEL CLERO

Socios socorridos por enfermedad

	Pesetas	Cts.
D. Pedro González Santos, Párroco de Casas del Conde..	64	»
» Feliciano Segurado, Coadjutor de Ledesma.....	80	»
» Francisco Marcos, Párroco jubilado de Ahigal de Villarino.....	62	»
» Miguel Velasco, Ecónomo de San Esteban de la Sierra	44	»
TOTAL.....		250 »

Señores que han ingresado después de la constitución del Monte Pío, ó sea, desde 1.º de Julio de 1907

- D. Gonzalo Sanz, Canónigo de esta S. I. Catedral.
- » Alfonso Macías García.
- » Aquilino Morán Herrero.
- » Carlos del Brío Cortés.
- » Ceferino González Martín.
- » Félix Mier y Roiz, Capellán del Ejército.
- » Gerardo Sánchez Pascual.
- » Gregorio García Pinto.
- » José Antonio Martín Silva.
- » José López Romo.
- » Manuel Serrano de la Parra.
- » Pedro Sánchez Delgado, Párroco jubilado de Camero.
- » Rafael Sánchez Hernández.
- » Remigio Jiménez Blázquez.
- » Segismundo Sánchez Benito.
- » Lope Pérez Flores.

Socios fallecidos desde la misma fecha

- D. Francisco Pereña Barreña, Párroco jubilado del Campo de Peñaranda.
- „ José María García Boiza, Secretario del Montepío.
- „ Pedro Villoria Herrero, Párroco jubilado de Santiago de la Puebla.
- „ Celestino Hernández Vicente, Párroco de Castellanos de Moriscos.
- „ Castor Delgado Calzada, id. de San Cristóbal de la Cuesta.
- „ Antonio Martín Hernández, id. de Encinas de Arriba.

Nombramiento de nuevo Secretario del Montepío

El Excmo. y Rmo. Prelado se ha dignado nombrar al Dr. D. Jesús Calvo Escribano, al tenor de lo establecido en el cap. VIII, art. 70, apartado núm. 9 del Reglamento, Secretario de la Junta de gobierno.

LIGA SACERDOTAL EUCHARISTICA

Nuevos socios

- D. Remigio Jiménez.
- „ Emilio Martín Salvador.
- „ Gregorio Ramírez.
- „ Melquiades Pérez Bueno.
- „ Manuel Vicente Martín.
- „ Domingo Monleón y Campo.
- „ Juan Tagliabue, Superior de los Salesianos.
- „ Clodoaldo Velasco Gómez.
- „ Lope Pérez y Flores.

Con sumo gusto copiamos del *Boletín Eucarístico* de Málaga, correspondiente al mes de Diciembre último, la nueva é importante concesión otorgada por Su Santidad Pio X á los miembros activos de la Liga

Sacerdotal Eucarística, á más de los extraordinarios privilegios contenidos en el Breve de 10 de Agosto de 1906.

“BEATÍSIMO PADRE:

El Director General de la Liga Sacerdotal Eucarística, postrado á los pies de Vuestra Santidad, suplica humildemente que se digne conceder á los Sacerdotes inscriptos en la predicha Liga, además de las gracias ya otorgadas, la de bendecir los Rosarios y concederles las indulgencias de los PP. Crucíferos. Que Dios, etc.

EX AUDIENTIA SSMI. DIE 15 SEPTEMBRIS 1908.

Ssmus. auditis expositis, benigne annuit pro gratia petita.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.
In quorum fidem...

L. ✠ S.

CASIMIRUS, Cardinalis Gennari,.

Esta gracia que disfrutaban todos los miembros de la Archiconfraternidad de Sacerdotes Adoradores, ha querido el Santo Padre extenderla á todos los miembros activos de la Liga Sacerdotal Eucarística; y en su virtud se concede á los que posean dichos Rosarios y recen un *Padre nuestro* ó *Ave María* al pasar cada cuenta, la facultad de lucrar 500 días de indulgencia, sinque se exija para esto el meditar, ni otro requisito fuera de la recitación del *Padre nuestro* ó *Ave María*, tocando la cuenta.

Estas indulgencias solamente se pueden conceder á los Rosarios de la Santísima Virgen.

¿Cómo se bendicen? Sencillamente: basta que el Sacerdote, que goce de este privilegio, haga la señal de la Cruz sobre el Rosario, con intención de aplicarle dichas indulgencias. De suerte, que si hubiere mucho concurso de fieles, podrá un solo Sacerdote apli-

car estas indulgencias á todos los Rosarios que los fieles tengan en sus manos, haciendo sobre ellos el signo de la Cruz.

Para usar de esta facultad no necesita el Sacerdote licencia del Ordinario, siendo suficiente el hallarse inscrito en la Liga Sacerdotal Eucarística ó en la Asociación de Sacerdotes Adoradores.

Mas para gozar de este privilegio, como de las demás gracias concedidas, es de todo punto indispensable que los miembros de la Liga Sacerdotal trabajen de algún modo porque se propague la práctica de la Comunión frecuente, y que los Sacerdotes Adoradores cumplan con la hora semanal, ó al menos cuatro mensuales de Adoración ante el Santísimo Sacramento, expuesto ó reservado, que es su obligación fundamental.



MINISTERIO DE ESTADO.—3.^A OBRA PIA

CIRCULAR

